



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De vtilitate religiosæ vocationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

si te. qualis erit illa gloria præparata liberto, cohæredi, affiliori, fratri, matri spirituali Christi, tantis tot annorū meritis, per tot heroicis virtutum actus, per tot illustres de carne, mundo, & diabolo reportatas victorias accumulatis respondens?

Qualem zelum eximie perfectionis, iuxta gratiam vocationis in se aliisque promouendæ, vel sola huius recordatio meritò deberet excitare? Affectus ijdem magis intendendi.

De utilitate religiosa vocationis.

VI.

I. **D**Eus per gratiam vocationis te, quantumuis immerentem, præ tot alijs partim præseruauit, partim liberauit à tot malis spiritualibus, quibus abundat mundus totus in maligno positus, vti sunt: 1. Peccata peccatorum innumera, praua exempla, mundi blandimenta, carnis illecebræ. 2. Miserabilis seruitus mundi, seu concupiscentiarum, opum, voluptatum, honorum. 3. Pericula æternæ damnationis, ob difficultatem ex tot laqueis se extricandi.

Agnosce ergò, suspice, & venerare hanc infinitam Dei ergate benignitatem,

tatem, quã te è procelloso mari mundi huius, in securum Religionis portum; è Sodomæo incendio, velut alterum Loth, in excelsum perfectionis montem, è fœtido illo fluuio D. Anselmo diuinitus ostenso, cui mundi amatores innatant, in amœnissimum Paradisum; è fornace Babylonica cum tribus pueris; & ex lacu Leonum cum Daniele in regium palatium transferre est dignatus. Humilitas, gratitudo, amor, zelus respondendi gratiæ vocationis.

II. Per eandem gratiam vocationis te exemit à multis miserijs & ærumnis corporalibus huius vitæ, vti sunt assidua curæ sibi familiæque suæ res ad corporis sustentationem necessarias acquirendi: opes acquisitas conseruandi, augendi que, honores & officia prestandi; magnatum aliorumque, quorum ope indiget, gratiam aucupandi. Quale priuilegium est his omnibus triticis expediti per vota religiosa, quibus Deo se totum homo mancipat, à quo promissum centuplū securus expectat? Gratitudo, zelus vota perfectè obseruandi.

III. Similiter in fine vitæ per eandem gratiam, si illi seridè constanterque

cooperari libuerit, paratus est, te immensem reddere. 1. A cura testamenti condendi, posteris amicisque in futurum prouidendi, per omnimodam omnium rerum iam dudum ante factam abdicationem. 2. Ab horrore mortis, per voluntariam tui ipsius iam dudum tibi mundoque mortui in manus diuinæ prouidentiae, cui omnia uiuunt, traditionem. 3. A timore gehennæ, per accuratam generalem de tota vita initio ingressus factam confessionem; per assiduam commissorum in sæculo peccatorum, & quotidianorum in religione defectuum expiationem; per deuotam sacramentorum, actuum contritionis, amoris, aliarumque virtutum, ac piorum exercitiorum frequentationem.

Annon & hoc tale est priuilegium tibi tam vili terræ vermiculo à Rege Regum gratis concessum, quod omnibus Regum & principum huius sæculi priuilegijs longè sit antepone- dum? Gratitude, Humilitas, ze- lus constans in studio exi- mia perfectio-

nis.

De